

DECRETO SUL RICONOSCIMENTO DEL MIRACOLO
Per la beatificazione

CONGREGAZIONE DELLE CAUSE DEI SANTI

FORLÌ

Beatificazione e Canonizzazione
della Venerabile Serva di Dio
BENEDETTA BIANCHI PORRO
Fedele Laica
(1936-1964)

DECRETO SUL MIRACOLO

La Venerabile Serva di Dio Benedetta Bianchi Porro nacque a Dovadola, in provincia di Forlì, l'8 agosto 1936 e per gravi motivi di salute la madre le amministrò subito il Battesimo. Nel 1944 ricevette la Prima Comunione. Nel 1951 la famiglia si trasferì a Sirmione, sul lago di Garda. Benedetta fu condizionata per tutta la vita dalle malattie, a partire dalla poliomielite che la rese claudicante e la costrinse a portare delle scarpe ortopediche pesanti e dolorose; riuscì a compiere gli studi liceali, senza tuttavia poter concludere quelli universitari. Le venne, infatti, diagnosticata una neurofibromatosi diffusa e progressivamente perse vista e udito, gusto e odorato, avviandosi a rimanere immobilizzata a letto. Nel maggio del 1962 potette concretizzare il desiderio di recarsi in pellegrinaggio a Lourdes, dove con maggiore consapevolezza scoprì come propria vocazione la croce. Con l'avanzare della malattia, comincerà a comunicare attraverso la mamma, che conosceva un alfabeto convenzionale fatto di segni sul viso o usando le dita della mano destra, unico membro rimasto sensibile. Il 23 gennaio 1964 la Venerabile Serva di Dio si addormentò serenamente nel Signore. Il Sommo Pontefice Giovanni Paolo II nel 1993 ne riconobbe l'eroicità delle virtù.

In vista della sua beatificazione, la Postulazione della Causa ha sottoposto al giudizio di questa Congregazione delle Cause dei Santi la presunta guarigione miracolosa di un giovane. L'evento si verificò a Genova nel 1986. Il 21 agosto di quell'anno il giovane ventenne, studente universitario, mentre era alla guida della sua potente motocicletta, venne tamponato da un'automobile e sbalzato violentemente a terra. Fu soccorso immediatamente da un infermiere e venne trasportato con l'autoambulanza presso il pronto soccorso dell'Ospedale Sampierdarena; da lì venne trasferito con prognosi riservata all'Ospedale San Martino di Genova. Qui i medici considerarono di una gravità estrema la sua condizione, senza alcuna speranza di sopravvivenza, tanto che gli stessi medici chiesero ai suoi genitori l'autorizzazione per l'espianazione degli organi. Il giorno successivo al ricovero, il paziente si trovava in coma profondo, con pupille miotiche reagenti, risposta in estensione dell'arto superiore sinistro,

minima risposta incoordinata motoria destra in accentuata triplice flessione, Babinski bilaterale.

A partire dal giorno del drammatico incidente si mise in atto una crociata di preghiera per la guarigione del paziente alla Ven. Serva di Dio, della quale pochi giorni prima la madre del giovane era venuta a conoscenza. Parenti e amici si unirono a lei e svolsero una novena con invocazioni sia personali che corali, durante la quale la situazione clinica del ragazzo improvvisamente si modificò e si potette constatare la sua completa guarigione. Ulteriori accertamenti ne hanno confermato la validità.

Appare evidente la concomitanza cronologica e il nesso tra l'invocazione alla Serva di Dio e la guarigione del giovane, che in seguito ha goduto di buona salute ed è stato in grado di gestire una normale vita relazionale.

Sulla guarigione, ritenuta miracolosa, presso la Curia ecclesiastica di Genova dal 20 novembre 2013 al 14 marzo 2014 fu istruita l'Inchiesta diocesana, la cui validità giuridica è stata riconosciuta da questa Congregazione con decreto del 20 giugno 2014. La Consulta Medica del Dicastero nella seduta del 25 gennaio 2018 ha riconosciuto che la guarigione fu rapida, completa e duratura, inspiegabile alla luce delle attuali conoscenze mediche. Il 26 aprile 2018 si è tenuto il Congresso Peculiare dei Consultori Teologi. Il 3 luglio 2018 ha avuto luogo la Sessione Ordinaria dei Padri Cardinali e Vescovi, presieduta dal Card. Angelo Amato.

Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Benedictae Bianchi Porro, Christifidelis Laicae, videlicet de celeri, perfecta ac constanti sanatione cuiusdam iuvenis a "politrauma con trauma cranio-cerebrale e coma grave, verosimile danno assonale diffuso"*.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 7 mensis Novembris a. D. 2018.

ANGELUS Card. BECCIU
Praefectus

+ MARCELLUS BARTOLUCCI
Archiep. tit. Mevaniensis
a Secretis

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

FOROLIVIENSIS

Beatificationis et Canonizationis

VENERABILIS SERVAE DEI

BENEDICTAE BIANCHI PORRO

CHRISTIFIDELIS LAICAE

(1936-1964)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Benedicta Bianchi Porro in loco v. d. *Dovadola*, Foroliviensi in provincia, nata est die 8 mensis Augusti anno 1936 et, ob gravem infirmam valetudinem, statim baptismum a matre recepit. Anno 1944 primo ad eucharisticam mensam accessit. Familia eius anno 1951 Sirmionem, prope lacum Benacum, migravit. Benedicta totam per vitam condicionibus morborum erat astricta, praesertim poliomyelitis, quae eam claudicantem fecit et coëgit ad onerosa ac acerba orthopaedica adhibendacalceamenta; studia lycae gessit, sed universitaria conficere non potuit. Signa enim neurofibromatosis diffusae apud eam existimata sunt et Benedicta gradatim privata est videndi ac audiendi sensu, gustatu et olfactu et immota in lectu teneri incepit. Mense Maio anni 1962, ut erat in votis, peregrinata est in Lapurdum, ubi diligentius crucem invenit veluti vocationem suam. Morbo progrediente, Benedicta communicare inchoavit per matrem, quae sciebat artificiosam litterarum formam positam signis in visu vel in usu digitarum dexteræ manus, quae ei erat unus atque solus artus sensibilis. Die 23 mensis Ianuarii anno 1964 Venerabilis Serva Dei pie in Domino quievit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II anno 1993 heroicam virtutum eius agnovit.

Beatificationis respectu, Causae Postulatio iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum miram quandam sanationem cuiusdam iuvenis subiecit, quae anno 1986 Ianuae evenerat. Die 21 mensis Augusti illius anni iuvenis scholasticus, viginti annos natus, dum duceret potentem birotam automatariam, obturatus est ab autoraeda et in terram vehementer depulsus. Repente adiuvatus ab infirmorum ministro, translatus est autoambulatorio in praesidium Valetudinarii Sancti Petri de Arena; unde cauta cum prognosi in Ianuense Valetudinarium Sancti Martini est adductus. Hic medici iudicaverunt gravissimam condicionem eius, sine ulla spe superstitis vitae; ipsi medici a parentibus eius facultatem organa ex corpore eripiendi petiverunt. Die receptum sequenti, infirmus in coma profundum intravit, cum pupillis mioticis reagentibus; agebatur de responso in extensione artus superioris sinistri, minima responsione incoordinata motoria dextra in augescenti triplici flexione, *Babinski* bilaterali.

A die atrocis casus quaedam “cruciata invocationis” Venerabili Servae Dei incepit ad infirmi sanationem petendam, de qua paucos ante dies mater iuvenis certior est facta. Propinqui ac amici se coniunxerunt cum illa et novenarium cum precibus tum personalibus tum choralibus peregerunt, in quo clinica iuvenis

condicio improvise est mutata et valetudinis redintegratio eius est comperta. Ulteriores medicae investigationes validitatem eius comprobaverunt.

Evidens est concursus temporis et consequentia inter Venerabilis Servae Dei invocationem et iuvenis sanationem, qui deinceps naturali socialique vita pollens, sanus fuit.

De hac sanatione, mira aestimata, apud Curiam ecclesiasticam Ianuensem a die 20 mensis Novembris anno 2013 ad diem 14 mensis Martii anno 2014 Inquisitio Dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per decretum diei 20 mensis Iunii anno 2014 est approbata. Medicorum Consilium huius Dicasterii in sessione diei 25 mensis Ianuarii anno 2018 declaravit sanationem celerem, perfectam, constantem et ex scientiae legibus inexplicabilem fuisse. Die 26 mensis Aprilis anno 2018 Congressus actus est Peculiaris Theologorum Consultorum, positivo cum exitu. Die 3 mensis Iulii anno 2018 Patres Cardinales et Episcopi se congregaverunt, Angelo Card. Amato praesidente. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Benedictae Bianchi Porro, Christifidelis Laicae, videlicet de celeri, perfecta ac constanti sanatione cuiusdam iuvenis a "politrauma con trauma cranio-cerebrale e coma grave, verosimile danno assonale diffuso"*.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 7 mensis Novembris a. D. 2018.

ANGELUS Card. BECCIU
Praefectus

+ MARCELLUS BARTOLUCCI
Archiep. tit. Mevaniensis
a Secretis